



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

157. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

268 R E G I N O N I S L I B. II.
ipſius benedictionis in virginitate perman-
neant.

Ut nullus alterius ſponſam accipiat. *Ex*
epiſtola Siricij Papa.

Decreta Siricij
c. 4.
Halitgar. lib.
4. c. 15.
Burchard. lib.
9. c. 31.

CLIV. De conjugali autem violatione re-
quiſiſti, ſi deſponſatam alij puellam alter in
matrimonium poſſit accipere. Hoc ne fiat mo-
dis omnibus inhiſcemus: quia illa benedictio,
quam nupturæ ſacerdos imponit, apud fideles
cujusdam ſacrilegij inſtar eſt ſi illa tranſgreſ-
ſione violetur.

De raptis puellis & deſponſatis. *Ex*
Concilio Ancyrano.

Concil. An-
cyr. c. 10.
Halitgar. lib.
4. c. 18.
Rhab. epiſt.
ad Heribald.
c. 20.
Burchard. lib.
9. c. 38.

CLV. Deſponſatas puellas, & poſt ab aliis
raptas, placuit erui, & eis reddi quibus ante
fuerant deſponſatæ, etiamſi eis à raptoribus
vis inlata conſtiterit.

De eadem re. *Ex Capitularium lib. 1.*
cap. XCIX.

Lib. 1. Capi-
tular. c. 105.
Capitular
Aquiſgran.
Ludovici Pij
c. 24.
Burchard. lib.
9. c. 37.

CLVI. Proinde placuit atque ſtatutum eſt
à ſacro conventu ut raptor publica pœnitentia
multetur. Raptam verò ſi ſponſus recipere
noluerit, & ipſa eidem crimini conſentens
non fuit, licentia nubendi alij non negetur.
Quòd ſi & ipſa conſenſit, ſimili ſententiæ ſub-
jacebit. Quòd ſi & ipſi poſt hæc ſe conjunge-
re præſumpſerint, utriſque anathematizentur.

De eadem re. *Ex Concilio Meldenſi*
cap. LXXIX.

Concil. Meld,
c. 68.

CLVII. De his qui ſponſas alienas ra-

piunt antiqua & synodalis sententia observe-
tur. Quod etsi fortè in Ecclesia eventus talis
reperiri dinoscitur, ut pro salutis & religionis
competentia humanius quiddam * debeat tra-
ctari Pontifices, sicut canonica, ut eisdem ver-
bis utamur, docet auctoritas, quia prior, in-
quiens, definitio durius, posterior autem
quiddam tractavit humanius, nullo modo ut
ad maximam indulgentiam descendamus, al-
terius sponsæ acceptor sine publica transeat
pœnitentia, & sponso legaliter multam com-
ponat. quod si hæc obedire renuerit, sine ulla
refragatione anathematizetur. fautores verò
illius, juxta modum culpæ, episcopali decre-
to pœniteant. Si verò, quod non optamus, de
gradu ecclesiastico talibus nuptiis se consensorem
vel interventorem manifestè prodiderit, à
gradu proprio repellatur. & si verisimilibus
exinde suspicionibus fuerit propulsatus, cano-
nicè se purget.

Burchard. lib.
9. c. 32.

* debeant tra-
ctare Pohr.

De non sponsatis. *Ex Capitularium lib. 1.*
cap. xcviij.

CLVIII. De puellis raptis necdum des-
ponsatis in Chalcedonensi Concilio scriptum
est: *Eos qui rapiunt puellas sub nomine simul
habitandi, cooperantes, & conhibentes raptori-
bus, decrevit sancta synodus, si quidem Cleri-
ci sunt, decidant à gradu proprio; si verò laici,
anathematizentur.* Quibus verbis datur intel-
legi qualiter hujus mali auctores damnandi
sunt, quando participes & conhibentes tanto
anathemate feriuntur, & juxta canonicam au-
toritatem ad conjugia legitima raptas sibi ju-

Lib. 1. Capi-
tular. c. 104.
Capitulare
Aquisgranen-
se Ludovici P.
c. 23.
Burchard. lib.
9. c. 36.